SAMMELHANDSCHRIFT

Diözese Brixen (u. a. Pfalzen), 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35431
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Nolo velut rex quemquam laudare tuarum
Ne sint alterius ore probata prius
Trahicia volucrem fertur iunonia ales
Communi sociam continuisse cibo
Nam inter volucres fuerat discordia formis
Magnaque de facili iurgia lite contrahunt
Quod sibi multicolor fulgeret vestibus decore
Cerulea facerent livida membra gruem
Et simul erecte circumdans tegmina caude
Sperserat aetherium rursus in astra iubar
Illa licet nullo pennarum certat honore
Hys tamen insultans vocibus usa datur
Quamvis innumeras pennas variavit ordo
Mersus humi semper florida vestibus geris
Ast ego difformi sublimius in aera penna
Proxima sideribus numinibusque feror
Et quamque virtute nites ne despice quemquam
Ex alia forsitan ille nitet
Ontibus a summis radicitus eruta quercus
Decidit insanum turbine victa nothi
Quam tumidis subter decurrens alluit undis
Suscipit et fluvio precipitante rapit
Verum diversis impellitur ardua ripis
Infragiles calamos grande recedit onus
Tunc sibi exiguo connectens cespite ramos
Miratur liquidis quod stet arundo vadis
Se quoque tam fasto nondum subsistere trunco
Ast illam tenui cortice ferre minas
Stridula mox blando respondit canna susurro
Seque magis tutam debilitate docet